

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 10 [heute: New York, The Library of the New York Academy of Medicine, Nr. 10]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 11.

Cod. X.

ff. 10

Avicenna lib. II.
et III. Canonis
medicinae.Codex X. deest
Membran. Fol. maj. Sec. 14.A.
7.10

Constat 39 foliis, Subinde laceris, mucidis, Sec. 14^o,
sed non ab una manu scriptis; in margine multa ad-
notationes. Continet Librum 2um et 3um Canonis Avi-
cennae / utrumque autem mutilatum; / iuxta versionem
latinam Gerardi Cremonensis. Primum libri secundi est:
" Liber Canonis Secundus. Verba principis Abuali. Horum
librorum, quos de medicina specificavimus, primum
est de judiciis universalibus in medicina." Post
hanc prolationem sequitur: "Tractatus primus de
"Complexionibus medicinarum singularium", capitibus
seca. Tractatus secundus continet prolationem Ab.
vali, 12 areolas, et iuxta numeros marginales 726
Species ad rem medicam pertinentes; ubi autem notan-
dum, in hoc tractatu folia alia deesse, alia turba-
to ordine esse compacta.

Folio 40^{mo} incipit Liber Canonis tertius his verbis.
"Dicitio prima de universis aegritudinibus capitibus ter-
tium libri Canonis in medicina. Capitulum de utili-
tate capitibus et partibus ejus. Inquit Galienus. In-
tentio in creando caput non est cerebrum." Et hic
Liber progreditur ad tractatus tertium capitulum 16,
de signis maris universalibus, et species eorum ipsius
"Signis", ubi in hac verba finitur. "postea cum
"Iteratur super eum, non est." Ceterum consuli codi-
cem nostrum cum canone Avicennae Venetus per Luc.
Ant. Guntam 1524. impresso, illicque, exceptis mutilatis
adeo conformem inveni, ut de uno eodem translatores,
Gerardo Cremonensi dubium nullum supersit.
De Avicenna vid. Fabr. Biblioth. graec. vol. 10. l. b. c.
9. pag. 268. item. Lindenius renovatus. pag. 99. et edi-
tionem vit. Avicenna in prologo.

Gerardum Cremonensem, medicorum sui temporis fa-
cite principem, post multas inter eruditos de patria
illius disceptationes (l. Muratorius Italia restitua-
re non inani labore crispus est Antiq. Ital. T. 3.
p. 907. alatoque P. Francisci Pippini in Chronico, vul-
gato Ser. Ital. Tom. 9. pag. 600 testimonio rem conficit
Pippinus enim ipse, qui a. circiter 1015 florebat, ita
ejus patriam divulgavit, ut omnem ademerit am-
biguitatem, scribens: "Gerardus Lombardus natione
Cremonensis a. 1184. vita defungitur, septuaginta
tres annos natus habens etc. Inter opera, quae trans-
tulit, habentur in arte tam physica, quam alia
sum facultatum libri septuaginta sex, inter quos
Avicenna, et Almagesti Ptolemaei translatio solemnis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 10 [heute: New York, The Library of the New York Academy of Medicine, Nr. 10]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 12.

12.

Cod. XI.

"habetur. Sepultus est Cremona in monasterio S. Lu-
 "ciao, ubi suorum librorum Bibliothecam reliquit."
 Vide etiam Arisii Crem. litter. T. I. p. 269. T. 2. p. 87.

X
m
gt
le
m

Codex XI.

Membran. Fol. Saec. 13. v. 14.

S. Thom. Aquin.
p. I Sum. Theol.J.
f. 11.

Folia numerat 202. hinc inde lacera et mudi-
 ca, litt. initial. varieg. Continet I Partem
 Sumae Theolog. S. Thomae Aquinatis. Primo legitur:
 "Quaestio de necessitate doctrinae"; deinceps: "Incipit
 "Summa de Theologia edita a fratre T. de aquino
 "ord. p. d. c. liber p. m. g. t. q. a". Prologus incipit: "Quid
 "catholica veritatis doctor". Ad calcem Codicis, cui
 non nulla annotationes adjecta, legitur: "Explicit Liber
 "primus Summae fratris Thomae de aquino ordinis pro-
 "ficatorum magistri in Theologia". Dein sequitur ta-
 bula 119 questionum. In fine operis, ante et post
 tabulam nomen Fratris rubro scriptum, manus poste-
 rior deleuit, et nigro atramento nomen Sancti adpo-
 suit. An non liceat conicere, Codicem nostrum ante
 annum Canonisationis 1224. esse exaratum?

De S. Thomae Aquinate vid. Auctif, Script. ord.
 Prod. T. I. p. 297.

(a)

(b)

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 10 [heute: New York, The Library of the New York Academy of Sciences]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27387